



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Walericvs Ab. 1. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

A P R I L I S.

S. W A L E R I C V S A B. I. *Aprilis.*

Imaginem Davidis in W A L E R I C O agnosces: nam & hic puer pastoritiã exercuit, & oris testudine totum Psalteriũ canere nullo didicit magistro, dignus & ipse, qui è caulã in aulam, vel aulã dignius Cœnobium assumeretur, ubi nullam Saulis lanceam timere. Tantum apud Deum potuit, ut plantaria colenti nulla unquam eruca fata & brassicas læderet; neque vermiculos solum, sed aves etiam ita obsequentes habuit, ut ex manu ejus pranderet cœnarentque. Rigente brumã ædes Sacerdotis foco fovendus subierat, quẽ aliis, quã vellet, calere ignibus sensit. Sacerdos enim & loci Præfectus unã tum fortè prudentes, Venerem prætextatis verbis nominare ausi, cor W A L E R I C I dolore exussere. Abeunte Divo, mox Dei vindicta subiit: Sacerdos oculis captus est, Præfectus lætã foedãq; morte contabuit, longas ambo linguã lascivã poenas daturi. Eã sub arbore tumulari deniq; W A L E R I C V S voluit, sub quã Deo supplicare vivus consuësser, ratus benè ibi corpus quiescere, ubi benè vississet. Et vero cubare se molliter manifestè ostendit; ne in Aram quidem à S. Bern. invitã migrare sustinuit. *Ex S¹⁶⁷.*

S. FRAN-